Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

II. Clericis vsurae prohibentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Visual Library

nores clericorum præbendæ recipiant ſectiones. Idcirco vt in magnis, ita quoque in minimis ſuis membris * firmam habeant eccleſiæ vnitatem: diuiſionem præbendarum aut dignitatum permutationem fieri prohibemus.

Anno Christi 1163.

* deeſt in Vaticano codice.

II.

Plures clericorum (quod mœrentes dicimus) eorum quoque qui prius * ſecundum profeſſione, votis & habitu reliquerunt, dum communes vſuras quaſi manifeſtius damnatas exhorrent, commodata pecunia indigentibus, poſſeſſionem eorum in pignus * accipiunt, vltra ſortem. Idcirco generalis Concilii decernit auctoritas, vt nullus amodo conſtitutus in clero, vel hoc vel aliud vſuræ genus exercere præſumat. Et ſi quis hactenus poſſeſſionem alicuius data pecunia ſub hac ſpe in pignus acceperit, ſi ſortem ſuam, deductis expenſis de fructibus iam recepit, abſolute * reſtituat debitori. Sin autem aliquod * munus habet, eo recepto, poſſeſſio libera ad dominum reuertatur. Quod ſi poſt huiuſmodi conſtituta in clero quiſquam extiterit, qui deteſtandis vſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officii periculum patiatur, niſi forte beneficium eccleſiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur.

* ſæculi

* & prouenientes fructus

* poſſeſſionem

* minus

III.

Quamuis graue nimis & diuini dignum animaduerſione iudicii habeatur, quod laici quidam quod ſacerdotum eſt vſurpant in eccleſiaſticis rebus, maiorem id formidinem incutit ac dolorem, quod fomitem ſui erroris, * qui ipſo Deo auctore,

* in ipſo clero d.